pecuniam ut sciret quantum quisq; negotiatus esset. Venit autem
primus dicens, Dne mna tua decem mnas adquisivit, Et
ait illi, Euge bone serve quia in modico fidelis fuisti eris
potestatem habens supra decem civitates, Et alter venit dicens
Dne mna tua fecit quinque mnas, Et huic ait, Et tu esto
supra quinque civitates, Et alter venit dicens, Dne ecce
mna tua quam habui repositam in sudario timui enim te
quia homo austeris es tollis quod non posuisti et metis quod
non seminasti, dicit ei, De ore tuo te iudico serve nequam,
sciebas quod ego austeris homo sum tollens quod non posui
et metens qd seminavi, et quare non dedisti pecuniam meam
ad mensam et ego veniens cum usuris utique exigissem illud
Et adstantibus dixit, Auferte ab illo mnam et date illi
qui decem mnas habet, Et dixerunt ei, Dne habet decem
mnas, Dico autem vobis quia omni habenti dabitur,
ab eo autem qui non habet et quod habet auferetur ab eo,
Verumtamen inimicos meos illos qui noluerunt me regnare
super se adducite huc et interficite ante me, et his dictis
praecedebat ascendens hierusolymam,
Et factum est cum appropinquasset ad bethfage et bethania
ad montem qui vocatur oliveti misit duos discipulos suos
dicens, Ite in castellum quod contra est In quod introeuntes
Invenietis pullum asinae alligatum cui nemo umquam
hominum sedit solvite illum et adducite, Et si quis vos In
terrogaverit quare solvitis sic dicetis ei, quia dns operam
eius desiderat, Abierunt autem qui missi erant et Inve
nerunt sicut dixit illis stantem pullum, solventibus
autem illis pullum dixerunt domini eius ad illos, quid
solvitis pullum, At illi dixerunt, quia dns eum necessarium
habet, Et duxerunt illum ad ihm, Et iactantes vestimenta